Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

tenta. nō ē ergo impediēda multa ciborū exhibitione. Quāuis ēm calor in pleriq; fortificet in nocte spirituū retractione et somni reductione. nō tamē potest hmōi calor duo. vt alimētum et superfluitates digerere: Conuenit itaq; in his cenam breuiare. Si vero huiusmodi corpora sub latitudine fuerint sanitatis: aut sunt sufficienter sana robusta superfluitatibus sensibilibus carentia. cū omnes expellant sua via. vt athlete: et hos expedit cenam maiorare. Tum quia natura eorum nocte solum est digestioni ciborum intenta: et nō superfluorum maturatiōi cum illis fere careant Tum quia solum robur corporis intendūt quod et nocte acquirūt magis cum amplior fiat sanguificatio distributio et spirituū in his generatio. Si aūt corpora fuerint a dicto tpamēto et robore distantia sicut sunt plurima vsq; in egritudinē nunc deuenientia. talia: aut exercitant exercitio forti continuo et vehementi aut nō. si sic vt sunt victum manibus querentes. melius est eis prandium super cenam maiorare Cuius causa est. quia alimentū nō solum expetitur ppter nutrire. sed ppter humectare membra: ac irrogare ne arefiant ex forti motu. z resistatur resolutioni caloris. ppter quod oportet plus cibi exhiberi in prandio: neq; ppter exercitiū talia corpora cessant ab eorum digestione: cū ita sint consueti. Usus ēm est res preter naturā. Est et calor vehemens ppter exercitiū potens super digestionē in eis: ppter quod videmus eos ter in die cū appetitu cōmedere et bene digerere. Si autē nō vtantur forti et laborioso exercitio cōtinue sicut predicti. dupliciter illud euenit. quia aut solum q̄nq; vtunt exercitio forti et laborioso et nō cōtinue. aut solum vtunt exercitio debili. cū quo stat multiplicatio superfluitatū. Si vtant exercitio plurimo forti et laborioso ppter occupationes necessarias in vita et ad salutē. sicut ciuiles viri q̄ plures circa bona fortune negociātes ad salutē interdū exercitio forti et laborioso mouent. vt diu equitantes vel itinerantes: aut aliud quoddā fortius a consueto agentes exercitio. Et his vtilius est cenam super prandium amplius augere. Cuius ratio est. quia si tales prandiū augerēt cū non sint consueti adeo forti et laborioso exercitio agitari: vt priores ipsoz iam corrumperet digestio: malorum humorū generatiua. Item ppter motum superfluum calor horum dissēminatione est debilitatus: cuius quidē vnitio que magis nocte fit q̄ die potissima est fortitudinis et digestionis causa. quare in cena instante nocte alimentū amplius potest administrari. Item isti prius non laborioso vtebantur exercitio: et sic corpus eoz humiditatibus plenū est quibus et paruo cibo sufficienter potest resistī resolutioni et exsiccationi factis per motum in die occurrentē. Si vero paucis debilibus exercitijs et paruis occupationibus in vita vtantur. precipiendum est ipsis melius prandere q̄ cenare. Et declaratur istud sicut in corporibus nunc egrotantibus apparuit. Tum ēm hi sunt debilis digestionis: vt plurimū iuuantur per calorē solis et lucē: valde viuificos. confortantur enim inde spiritus ppter suum simile. Ipsū ēm est lux: aut effigiem habet lucis fm Auicennā. Juuatur etiam quia superfluitates tunc melius expelluntur poris apertis de die q̄ de nocte. Preterea nocte non oportet eos multo cibo sed pauco repleri. cum natura tunc intenta est magis circa digestionē humoz crudorum: quos somnus habet maxime digerere ac ad benignum reducere. Licet enim nocte digestiua fortificetur virtus: nō tamen adeo q̄ valeat cibum et superfluitates digerere. Aduertendum est insuper q̄ in exhibitione cibi maioris aut minoris in prādio q̄ in cena magis seruandus est vsus. q: consuetudo est res magna in cōseruatione sanitatis et egritudine curanda. Scdo regiminis acutoz: qd ostendit ex eo q̄ eius mutatio z magis subita vehemēter ē lesiua. Ulū Dama. Mutare cōsuetudinē nociuū ē et molestū. et p̄cipue senib9 Et ideo praue cōsuetudines abolēde sūt: ſ nō mox: eo q̄ natura non sustinet repentinas mutatiōes. Et sic ptz q̄ vniuersalius maiorandū est prandiū sup cenā